

XXXI. Non in alia re tamen damnosior quam in aedificando, domum a Palatio Esquilias usque **fecit**, [**quam** primo *transitoriam*, mox incendio absumptam restitutamque *auream nominavit*¹]./ De cujus spatio atque cultu **suffecerit** haec rettulisse./ Vestibulum ejus **fuit**, [in **quo** colossus CXX
5 pedum **staret** ipsius effigie²] ; tanta laxitas, [**ut** *porticus triplices milliarias haberet*³] ;/ item stagnum maris instar, circumsaeptum aedificiis ad urbium speciem ;/ rura insuper arvis atque vinetis et pascuis silvisque varia, cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum./ In ceteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis unionumque conchis **erant** ;/ cenationes laqueatae
10 tabulis eburneis versatilibus, [**ut** flores, fistulatis, **ut** unguenta desuper **spargerentur**] ; praecipua cenationum rotunda, [**quae** perpetuo diebus ac noctibus vice mundi **circumageretur**] ; balineae marinis et albulis fluentes aquis./ [Ejus modi domum **cum** absolutam **dedicaret**], hactenus **comprobavit**, [**ut** /se/ **diceret** ["quasi hominem tandem habitare coepisse"]].

¹ Cette *domus* de Néron a commencé par prendre le qualificatif de *transitoria* parce qu'elle permettait à l'empereur de *passer* de son palais du Palatin à ses jardins de l'Esquilin. Totalement détruite pendant le grand incendie de 64, elle a été immédiatement reconstruite, de manière encore plus fastueuse. Mais à la mort de Néron en 68, cette *domus aurea* n'était pas encore achevée.

² Un colosse de bronze de 36 mètres de haut, inspiré probablement du colosse de Rhodes, l'une des sept merveilles du monde. Il a donné son nom au *Colisée*, construit après la mort de Néron par les Flaviens.

³ *Son portique avait trois rangs de colonnes et mille pas de longueur* (= 1479 mètres).